Todos los yerros estan corregidos en los proprios lugares.

LVCERNA DECRETALIS,

QVAM PER DECRETVM SACRÆ CONGREGATIONIS Inquiſitionis Generalis Romanæ poſuit ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in Eccleſia ſunt,

SS. D. N. INNOCENTIVS XI.

VTQVE SEXAGINTA ET QVINQVE Propoſitiones, utpote ſcandaloſæ ſaltem, & praxi profectò pernicioſæ, ſint de cetero ſub modio, & in tenebris conticeſcant, quia non in fortitudine ſua roborabitur conſcientia. Quibus ſingulis ad Pontificiam mentem, Confeſſariorum uſum, ac Pœnitentium ſalutem, pro ſua dignitate aptata eſt interpretatio.

AVCTORE

Emmanuele de Filguera, Vallis-Oletano, Clericorum Regularium Minorum.

[redacted] este conv.to de S.ta Anna de Humilla...

CVM PRIVILEGIO.

Matriti, Ex Typographia Laurentij Garcia. Año 1680.

Sumptibus Matthæi de la Baſtida, Bibliopolæ Matritenſis.

delatæ fuerint hæ duæ propoſitiones: *Deus donat nobis omnipotentiam ſuam, ut ea utamur, ſicut aliquis donat alteri villam, vel librum;* & *Deus ſubiicit nobis ſuam omnipotentiam;* eorumdem iuſſu per Theologos ad id ſpecialiter deputatos diligenter examinatæ fuerunt, quorum votis auditis, & re Sanctiſsimo Domino Noſtro relata, & coram ſua Sanctitate propoſita unà cum votis ipſorum Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sanctitas ſua decrevit, & mandavit, ut ambæ propoſitiones omninò prohiberentur, ſicut eas præſenti decreto damnat, & prohibet uti temerarias ad minimum, & novas; mandatque nè quiſquam deinceps cuiuſcumque ſit gradus, ordinis, aut conditionis, illas, vel illarum alterutram audeat imprimere, vel imprimi facere, ſivè ſcriptis, aut etiam oretenùs docere, vel aſſerere, ſub pœnis, & cenſuris in Indice librorũ prohibitorum cõtentis, aliiſque Sanctitati ſuæ benè viſis.

Franciſcus Riccardus Sanctæ Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Die 7. Decembris 1679. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatij Sancti Officij, & in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum Sanctiſſimi D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

IN-